

A2 Latin Unseen Prose (Caesar) Past Paper: 2012 (Caesar struggles with flooding on his campaigns)

3 Read the passage and answer all the questions.

Caesar finds the forces of his enemy Afranius concentrated below the hill town of Ilerda. Caesar pitches camp between two rivers, with bridges built by his lieutenant, Fabius, providing access to supplies.

Floods now made life very difficult for Caesar.

interea accidit maximum incommodum.¹ tanta enim tempestas orta est ut numquam illis locis maiores aquas fuisse constaret:² haec tempestas ex omnibus montibus nivem³ solvit ac summas ripas fluminis superavit pontesque ambos quos Fabius fecerat uno die interruptit. quae res magnas difficultates exercitui Caesaris attulit. cum enim castra essent inter flumina duo, quorum neutrum transiri poterat, necessario omnes hoc spatio angusto continebantur. neque civitates, quae ad amicitiam Caesaris accesserant, frumentum supportare, neque ei qui pabulandi⁴ causa longius progressi erant interclusi fluminibus reverti poterant.

5

Afranius' forces, by contrast, are easily supplied because they have access to a river bridge not destroyed by the floods.

at exercitus Afrani omnium rerum abundabat copia. multum erat frumentum provisum et convectum superioribus temporibus, multum ex omni provincia comportabatur; magna copia pabuli⁵ erat. harum omnium rerum facultates sine ullo periculo pons Ilerdae praebebat et loca trans flumen integra, quo omnino Caesar adire non poterat. hae permanserunt aquae dies complures. conatus est Caesar reficere pontes; sed nec magnitudo fluminis permittebat, neque ad ripam dispositae cohortes adversariorum perfici patiebantur.

10

15

Caesar, *Civil War I* 48–50 (adapted)

Names

Fabius, -i m.
Afranius, -i (m)
Ilerda -i (f)

Fabius
Afranius
Ilerda (a town)

Words

¹*incommodum, -i (n)*
²*constat, -are*
³*nix, nivis (f)*
⁴*pabulor, -ari*
⁵*pabulum, -i (n)*

setback
it is agreed
snow
I seek supplies of fodder
fodder

